

XX. *An ex doctrina de definitione & divisione fluat peculiaris methodus definitiva & divisiva?*

Ita multis, contra quos Zabarella, Regius, Henricus Nicolai in G.L. alij, prolixè disputant, videtur. Nos, de natura definitionis & divisionis certi, negamus vel definitionem vel divisionem methodi rationem habere, quia methodus habet necessitatem illationis & est argumentativa, non verò definitio & divisio, quippe quorum instrumentorum neutrum eam formam, quæ in omni methodo requiritur, sustinet. Interim concedimus in methodo præsertim docendi & discendi definitionum & divisionum magnam esse utilitatem; sed negamus methodum exinde vel definitivam vel divisivam dici posse. *Vid. Zabarella l.1. meth. c.1. & seq. l.3. c.7. Regius p. 573. Danb. p. 168. Epit. Henr. Nicol. thes. 20. disp. 16. G.L. alij.*

SOLI DEO GLORIA.

---

**Q**uando tua suadet, RITTE RE, industria menti,  
Ut scandas nostra pulpita docta Schola.  
Sat contestaris, conando singula vinci,  
Acquiri contra, hoc deficiente, nihil.  
Approbat hunc ausum patria gens incola terra,  
Et tua stirps latis excipit Ominibus.  
Si pede non segni stadium sic currere pergis,  
Tempora justa tibi commoda larga ferent.

*Sympatriote suo dilecto  
deproperab.*

Christianus Trentschius

Prof. P.

FINIS.

Coll. diss. A. 6, misc. 12